Finita passione statim dyaconus. osculato libro vadit ad gradum altaris et incipit sacerdos Oremus. Stantibus nobis sic ad primas orationes versa facie ad altare/ad 2as vero orationes inclinamus ad misericordiam.

Oremus dilectissimi nobis pro ecclesia sancta dei ut eam deus et dominus noster pacificare et custodire dignetur toto orbe terrarum subiciens ei principatus et potestates detque nobis quietam et tranquillam vitam degentibus glorificare deum patrem omnipotentem. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus revelasti custodi opera misericordie tue ut ecclesia toto orbe diffusa stabili fide in confessione tui nominis perseveret. Per eundem dominum nostrum Ihesum Christum etc.

57. 4713

D 1

Oremus: et pro beatissimo papa nostro N. ut deus et dominus noster qui elegit eum in ordine episcopatus: salvum atque incolumem custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populum sanctum dei. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus cuius iudicio universa fundantur: respice propitius ad preces nostras: et electum nobis antistitem tua pietate conserva: ut christiana plebs que te gubernatur auctore sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum nostrum ihesum christum etc.

Oremus: et pro omnibus episcopis: presbiteris: dyaconibus: subdyaconibus: acolitis: exorcistis: lectoribus: ostiariis: confessoribus: virginibus: viduis: et pro omni populo sancto dei. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus · cuius spiritu
totum corpus ecclesie sanctificatur et regitur:
exaudi nos pro universis ordinibus sup
plicantes: ut gratie tue munere ab
omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per
dominum nostrum ihesum christum etc. · eiusdem

Oremus: et pro christianissimo impe
ratore nostro: ut deus et dominus noster
subditas sibi faciat omnes barbaras
nationes: ad nostram perpetuam pacem.
Oremus · Flectamus genua ·

Omnipotens sempiterne deus in cuius manu
sunt omnium potestates et omnia iura regnorum:
respice ad romanum benignus imperium:
ut gentes que in sua feritate confidunt
potentie tue dextera comprimantur. Per d. n.

Oremus: et pro cathecuminis nostris:
ut deus et dominus noster adaperiat
aures precordiorum ipsorum: ianuamque misericordie:
ut per lavacrum regenerationis · accepta
remissione omnium peccatorum: et ipsi in

uenat in xp̄o ihesu dn̄o nr̄o.
Oremus. Flectamus genua.
Omnipotens sempiterne deus. qui ecclesiā tuā noua semper prole fecundas: auge fidē et intellectū cathecuminis nostris: ut renati fonte baptismatis: adopcionis tue filijs aggregentur. P.
Oremus dilectissimi nobis deū patrē oīpotentē: ut cunctis mūdū purget erroribus: morbos auferat: famē depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinātibus reditū: īfirmātibus sanitatē: nauigantibus portū salutis indulgeat.
Oremus. Flectamus genua.
Omps. s. ds mestorū cōsolacio: laborantū fortitudo: perueniant ad te preces de qūacumqz tribulatione clamanciū: vt oēs sibi in necessitatibus suis mīaz tuā gaudeat affuisse. P. d. n.

Oremus: et pro hereticis et scis-
matitis: ut deus et dominus noster
eruat eos ab erroribus universis:
et ad sanctam matrem ecclesiam katholicam
atque apostolicam revocare dignetur. Oremus
Omnipotens sempiterne deus. Flectamus genua
qui salvas omnes et neminem vis perire:
respice ad animas dyabolica fraude de-
ceptas: ut omni heretica pravitate
deposita. errantium corda resipiscant:
et ad veritatis tue redeant unitatem. Per
Oremus: et pro perfidis iudeis:
ut deus et dominus noster auferat
velamen de cordibus eorum: ut et ipsi
agnoscant Christum ihesum dominum nostrum. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus qui etiam
iudaicam perfidiam a tua misericor-
dia non repellis: exaudi preces nostras
quas pro illius populi obcecatione

deserim⁹: ut agnita veritatis tue
luce q̄ xp̄us est a suis tenebris eruat̄ P̄ eūd

Oremus: et p paganis: ut d̄s
omp̄s auferat ïq̄tate a cordib⁹
eoꝝ: et relictis ydolis suis co͠vtat̄
ad deū vivū et verū et vnicū filiū
eius ihesū xp̄m deū et d̄m̄ nostrū:
cū quo vivit et regnat cū spū s̄co
deus p oīa s̄cla s̄cloꝝ Orem⁹ flectā͠ genua

Omp̄s sempit̄ne deus q̄ nō morte
pc̄toꝝ: s; vitā sp̄ requiris: suscipe
ppiciꝰ orationem nostrā: et libera
eos ab ydoloꝝ cultura: et aggrega
ecclesie tue sancte ad laudē et gl̄iā
nōis tui. P̄ d̄m̄ nr̄m ih̄m xp̄m &c.

In solēnitate b̄te Marie purificac̄ōis